



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

137. De timore iniquorum, & spe justorum, tempore Iudicij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

hinc evellamus, &c. Heu! prolixiores audiunus clangores, nec movemur: aut certe non audimus, & surdi sumus, &c.

*De timore iniquorum, & spe iustorum tempore Iudicij.*

## PVNCTVM CXXXVII.

**E**T si dies illa tam formidabilis, tamque horribilis futura sit, ut ex signis ipsis, quæ initia erunt dolorum respectu eorum, quæ supervenient universo Orbis, homines arescant. *A crescentibus hominibus, sive Græcè. Extabescientibus hominibus, nam virtutes, Græc.* Exercitus calorum, Sol, Luna, & stellæ, movebuntur, in terris erit pressa gentium. Pagnin. hoc est, coarctatio, animi a gustis, perplexitas, consilii inopia, ut quod se vertant homines nesciant, quæ co-fusione sonitus maris, & fluctuum. &c. Quis tamen crederet, quod hæc academ signa, tam horribilia peccatoribus, justis fiduciam præbebunt? *His ergo fieri incipientibus, respicite, & levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.* q.d. Hæc sydera cadentia nō morte vobis, sed tam sempernam portendunt, non vobis hyems ista erit, sed ver. *Flores, dicere licet, apparuuerunt in terra nostra, sicut protulit grossos suos.* Videtur siculneam, & omnes arbores, &c. propè est regnum Dei, gaudete.

Ut gaudebunt ad aspectum Crucis! ut vexillum illud adorabunt: ut ad illud confugient, sub quo in vita quieverunt, sub quo gloriose pugnaverunt! *Dedisti metuerebus te significatiōnem.* Hebr. vexillum, ut fugiant. Rabbi David, ut vexillentur. Genes. ut erigantur. Alij, ut viscant. Tigur. ut triumphant, &c. Ut liberentur dilecti tui. Hebr. Et liberabitur amatores tui.

Vexillum ejus super me, amor, dicebat anima illa in Canticis, & iure: nam sicut vexillum convocat ad se milites, lætitiam eisdem affert, cum explicatur, & ab aliis militibus distinguitur: sic Crucis vexillum,

A cùm sit vexillum amoris, justos convocat, afficit lætitiam ex memoriam infiniti in ipsis ostensi amoris, & à cæteris distinguit.

Hoc signū Thau est, quod ipsi in fronte *Ezech. 9.* habebunt, ut percussores Angeli finant eos abire impunes.

Tinctos se Agni sanguine videbunt, quod erit eorum fiducia. Tuta erant domus, quarum superliminare sanguine tinctum erat. Ubi Rupert. Sanguinem

*Exod. 12.*  
*Rupert. lib. 2.*  
*in Exod.*

B Christi in superliminibus domorum ponimus, cùm Crucem passionis illius in fronte portamus. Quanta ergo fiducia, & laxitia perfundentur, qui Crucem in fronte cordis insculptam semper in vita portaverunt? *Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub penis ejus sperabis.* Quod est, juxta D. Hieronym. & Hugonem Cardin. sub brachiis Crucis Christi sperabis, & fiduciam habebis.

C Sed impij, cùm primum parebit vexillum illud gloriosum, contremiscant, ac ceu inimici Crucis Christi, ad ejus contemptum plorabunt. *Et plangent omnes Tribus terra.* Græcè: *Et ejulabuntur.* & pra dolis impunitia corpus dilacerabunt.

*Psal. 30.*  
*D. Hieron.*  
*Hug. Card. ib.*

D Videre est modò sub horam judicii particularis, in morte cuiusque, discrimen hoc. Ut inimici Crucis ad aspectum ejus pallent! tremunt nimis videre eum, quem in ea Cruce contemplisse se meminerunt, Judicem formidant; & ideò exire de corpore trepidant: sed qui de sua spe, & operatione securus est, inquit Gregor. latus Judicem sustinet, & cum tempus propinquus mortis advenerit, de gloria retributionis exhilarescit, & ideò quamvis animam agens, sine calore, & colore spirans, ad ejus aspectum resumit vires, revivisicit ei color, & pra-devotionis affectu tenerimè amplectitur, ac defusculatur Crucem. O mors, quam amara est memoria tua homini habenti pacem in sefientie suis! Bern. O mors, quam dulcis es homini habenti pacem in plagiis Christi!

*D. Greg. hom.*  
*13. in Evang.*

E Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum. Valde speciosus est in splendore suo (Oculis iustorum.) & accelerat conuscationes emittere iudicij sui (in condemnationē iniquorum.)

*Eccle. 41.*

Hinc iridem gestat in capite, signum Apoc. 11.  
Hhh 3 fœderis

*Luc. 2.1.*  
*Græc.*

*Pagnin.*

*Cant. 2.*

*Crucis dominica aspectus exhilarabit iustos.*

*Psal. 59.*

*Hebr.*

*Rob. Dau.*

*Genes.*

*Tigur.*

*Hebr.*

*Cant. 2. jux.*

*Sept.*

In Resp. De-  
fundit.

Christi vulne-  
raperfugium  
iustorum.  
Isa. 2.  
Cant. 2.  
D. August.

D. Bern. ser. 61  
in Canic.

Psal. 31.  
Hebr.

Exod. 33.

Psal. 103.  
Alij.  
Hebr.

Prov. 30.

Zach. 9.

fœderis inter se, & terram, ut non fugiat  
iustus, sed confugiat.

Hac spe illectus Job ajebat: *Vbi me ab-  
scendam, ubi fugiam, nisi ad te, Deus meus?  
Quo tempore impii effugium, ac refu-  
gium non invenient, quippe quia Deo*

*fugiunt, justi ad Deum configuent.*

Justo aperta erunt i, sa vulnera in re-  
fugium. *Abscondere in fossa humo à facie*

*furoris Domini.*

*Veni, columba mea, (que ex diluvio aqua-  
tum multarum servata es) in foraminibus  
petra, in caverna maceria. D. August. Arcæ  
fenestram, latus dicit esse apertum, in  
quod justi animam, ceu columbam, ut in-  
grediantur, invitat. D. Bernard. serm. 61.*

*in Cant. Ubi tuta, securaque secutitas, &  
replies, nisi in vulneribus Salvatoris? In  
his se columba tutatur, & circumvolitan-  
tem intrepidam intuetur accipitrem.*

*Tu es refugium meum à tribulatione, que  
circumdedit me Heb. Tu es latibulum meum,  
erue me à volitantibus super me. In caverna  
maceria. Alii: In latibulo graduum, sive, in  
latebris scalarum Allusio ad loca tutissima,  
& munitissima, ad quæ non nisi difficilli-  
mis scalis pervenitur.*

*In Exod. ad Moysem: Est apud me locus,*

*& stabis supra petram, & translo, & abscon-  
dam te in foramine petra, & manu mea prote-  
gam te. Quis tuor esse potest? quis in*

*pectore Christi absconditus timebit?*

*Si montes excelsi cervis, petra refugii heri-  
nacei, Alii, Cuniculus. Alii, Leporib⁹, ex Hebr  
Hoc est, si altiora cælorū refugii sunt An-  
gelorum, qui veluti cervi perspicaciter  
intelligunt, inventur, & citissimè quovis  
feruntur, petra Christus erit refugium  
pavidis leporibus, qui eum plebs imbellis,  
dicuntur prudenter ponere in petra cubi-  
le suum. Lepores fugati, ne a persequen-  
tibus canibus dilacerentur, ac loca muni-  
tissima petrarum se recipiunt.*

*Ad hæc vocantur: Convertimini ad mun-  
itionem vincit⁹ spei, hodie quoque annuncians,  
duplicia reddam tibi. Vindict⁹ spei, hoc est, vi-  
cti, ac veluti captivi ipsius spei, non qui-  
dem inviti, sed voluntarii ob unam spem  
vitæ æternæ, ceu lepores obfessi, & vincit⁹,  
ab aliis capti, in carcere, & vincula con-*

*A jecti, ludibriis, & contumeliis affecti, ver-  
beribus cæsi sine ulla defensione, ab eis spe-  
ligati, convertimi nunc ad munitionem,  
ad quam nullus improborum accedit, ubi  
securi duplē corporis, & animæ glo-  
riam consequemini.*

*Vulnera igitur sacratissima Christi, mu-  
nitionis erunt locus, ad quem justi con-  
fugient, quæ propteræ videndo gaude-  
bunt. Et hæc est una ex causis, ob quas*

*B Christus vulnerum cicatrices servare vo-  
luit, ad fiduciam nimirū, ac lætitiam*

*bonitatem, & malorum terrorem in Jusi-  
cio. Unde August. lib. de symbolo: Inimi-  
cis, inquit, vulnera demonstraturus est symbolo.*

*sua, ut convincens eos, dicat: Ecce homi-  
nem, quem crucifixisti, videris vulnera,  
quæ infixisti, agnoscitis latus, quod pu-  
pugistis, quoniam per vos. & propter vos  
apertum est, nec tamen intrare voluistis.  
O terrorom! o formidinem!*

*Sed b fiduciam! o spem iustorum! qui-  
bus ipse dicit: Ecce in manibus meis de-  
sc. ipsi vos. O latus! o chara vulnera! In  
caverna maceria. Adhuc Alii: In circuitibus  
ruptis.*

*C Hinc anima illa in Cant. Revertere, Alij.  
similis esto, dilecte mi, caprea, hinnulōque  
cervorum. Hoc est, ad judicium veni, mi-  
tis, & inermis, sicut cervorum hinnulus,*

*D non in formarati Dei, sed sanè in ea, in-  
quit Bernard. in qua non modò natus, sed  
& parvulus natus es nobis: quo admo-  
neatur infirmo mitescere in die iræ, me-  
minerisque in Judicio misericordiam su-  
perexaltare Judicio, etenim, si iniquita-  
tes observaverit etiam Electorum, quis  
sustinebit? Et ideo Pater dedit Filio Judi-  
cii potestatem, non quia suus, sed quia*

*E Filius hominis est: vult per hominem ho-  
mines judicari, quo in tanta tre, idatione,  
& perturbatione malorum electis fidu-  
ciā p̄stet natura similitudo, ut qui  
cælum, terramque movebit in virtute  
suâ accinctus potentia contra insensatos,  
s uavis nihilomin⁹, & mitis, & quasi omni-  
nō inermis appareat propter electos.*

*Hinc David: Deus judicium tuum Regi-  
da, & iustitiam tuam filio Regis. Vel Chald.  
Psal. 71. Chald.  
Deus itinera rigoris tui, vel sententiam judi-  
ciorum*

Psal. 85.

*ciorum tuorum Regi Messia da. Sic alibi : Da imperium tuum puer tuo, & salvum fac filium ancilla tua, &c.*

Cervus est animal expeditissimum ad currendum, cornibus adornatum, non ad laetionem armaturam, unde canum, leonum, ursorum, aliarumque bestiarum mortisibus vehementer expostum. Psalmus vigesimus primus, qui Christi passionem ita claram explicat, ut August. dixerit esse portius Evangelium Christi patentis, quam prophetiam inscribitur: *Pro septione matutina vel secundum alios: Pro cervum matutinas aut secundum Hieronym. Pro cervo matutino;* quem Basilius Gregor. Orig. & Alii Christum interpretantur. Rogat itaque Sponsa, ut cum eadem mansuetudine, quam mortisibus canum olim expostus, revertatur, idque maxima cum festinatione: *Revertore, simili eseo, dilecte mi, capres, himnologique cervorum.*

Ubi præterea norat Bernard. impatiens, ac ferventissimi Sponsæ amoris affectionem: nam vix abierat Sponsus, ut colligatur ex antecedentibus verbis, cumneum subiit revocat. *Revertere. Quid?* inquit Bernard. modò it, modò revocas? Illum pene adhuc incipientem ire, iam tamen redire flagitas? Amor impatiens, amor intemperans facit hoc, nempeis est, qui in peccatoribus Sanctorum hujusmodi affectus excitat, quo cito fruantur Deo, qui propterea, ut inquit Apost. diligunt adventum ejus, cupiuntque, ut citè adveniat dies ista, majore acti amore, quam timore perterriti: nam ut ait August. amor reverentiam nescit, familiariiter accedit, maiestatem non cogitat, ponit se in salutari, & fiducialiter agit in eo. Perfecta charitas foras mirat timorem, servilem scilicet; unde timor, quem tunc temporis habebunt Sancti, erit reverentialis, & filiorum Dei. Sic Greg. ad illa verba Iob: *Columna celi contremiscunt, & pavent ad natum eius.* Ipse, inquit, virtutes cœlestium, quæ Deum conspicunt, in ipsa sua contemplatione contremiscunt, sed idem tremor non eis penalis est, non timoris, sed admirationis, &c.

*Virtutes calorum movebuntur. Motu ire, & odij, adversus peccata mundi move-*

A buntur: secundum invisatas, ac insolitas actiones movebuntur, inquit Chrys. & August. timore reverentiali, qui cum summo amore iunctus est, nec poenam *Amor solum peccatum timeret.*

Amor non nisi Dei offendit timet. Ponamus samantem in tormentis, in ipso Inferno, comminare illi mortem, non timeret. Et quid timeret? Peccatum. Tolle peccatum, & timorem non habet. *Quod si non in hoc quis justificatus est, quod nihil sibi conscius sit, cum Dominus sit Index futurus, ò quam fiduciam tamen habet!* &c.

Tantum, ut ad instar capreæ hinnulique cervorum postulet, ut revertatur. Vbi præterea notandum, quod dieunt hæc animalia acutissimi esse visus. Quid ergo hæc anima oculos illos non pertimellet? Non, inquit Rich. ad illa

C verba: *Oculi ejus tanquam flamma ignis.* Apoc. 1.

Ubi memoratis quibusdam proprietatis Ubi. ibid. bus ignis, inquit, oculos illos igneos bonis lucis radios emissuros, malis vero flammis indignationis. Flamma ignis, inquit Rich. lucem, & calorem tribuit, terrorem incutit, & exurit. Oculi igitur eius veluti flamma ignis sunt, quia electos respiciens illustrat luce sapientie, calefacit amore iustitiae, reprobos aurem respiciens, terret ferocitate, communitatis, & exurit incedio damnationis. Iob 7.

in persona reproborum: *Oculi tui in me, & Psal. 24. non subsistam.* David in persona iustorum: Psal. 85. *Respite in me, & miserere mei;* & loquitur de Iudicio: *Da imperium tuum puer tuo.*

Idem Iob in persona propria: *Quem visurus sum ergo ipse.* Hebr. *Quem visurus sum inibi.* Vatab. id est, bono meo, & ad communum meum videbo, scilicet Deum Iudicem mihi, non adversum me. sed pro me sententiam latetur. O verum Aquila congregantis pullum, qui radios sufficit, qui acie non palpitat, ut ab ungue in Infernum dimittatur!

Sic est. Fratres, tunc Christus aliquibus terrem, aliquibus vero spem, & latitudinem praebet. *Era erat nubes tenebrosa,* Exod. 14.. & illuminans noctem. Si tenebrosa, quomodo illuminabit noctem? Abulensis ibidem ait, ex ea parte, quæ Egyptios respiciebat.

D. August. in Man. c. 20. Amor neicit maiestatem.

Iob. 26.

D. Greg. ibid.

Ebc. 21.

Exod. 10.

spiciebat, tenebras, terrorēmque attrulisse: A  
 ex ea vero, quæ filios Israël respiciebat,  
 lucem, ac splendorem præbuuisse. Id, quod  
 de tenebris illis Scriptura refert: Facta sunt  
 tenebrae horribiles in universa terra Ægypti,  
 nemo videt fratrem suum, nec morit se de loco,  
 in quo erat, ubicumque autem habitabant filii  
 Israel, lux erat. Hoc idem Greg. in illud. In  
 columna nubis per diem, & in columna ignis  
 per noctem. In die, inquit Gregor. columna  
 nubis monstrata est, in nocte columna  
 ignis, quia Deus in iudicio veniens per  
 lenitatis mansuetudinem blandè justos  
 demulcebit, peccatores autem per justi-  
 tię distinctionem terrebuntur, &c. Quo eriam  
 loco Greg. Tartareum ignem nocti pec-  
 carorum præmonstratum dicit, in signum  
 futuræ damnationis, diei veri iustorum  
 blandimentum nubis in signum eorum  
 æternæ salvationis, &c.

Exod. 13.  
D. Greg. hom.  
21. in Evang.Hieron. ad  
Heliod.

Isa. 41.

1. Reg. 2.  
Hebr.

Hieron. ad Heliod. Veniet, venier dies  
 illa, tunc ad vocē tubæ pavebit terra cum  
 populis, & tu gaudebis. Judicaturo Do-  
 mino lugubre mundus immugiet, Tri-  
 bus ad Tribum pectora ferient, parentis-  
 simi quandam Reges nudo latere palpita-  
 bunt, &c. Aristotelis argumenta non pro-  
 derunt, tunc tu, rusticane, & pauper, ex-  
 ultabis, & ridebis, & dices: Ecce cruci-  
 fixus Deus meus, ecce Iudex, &c.

Triturabunt montes, & comminues, & colles  
 quasi pulvarem pones, ventilabis eos, & ventus  
 tolleret, & turbo disperget eos: & tu exultabis  
 in Domino, in sancto Israël lataberis.

Tunc congregabuntur ante eum omnes gentes. Nunquid Principes, & Ma-  
 gnates? Utique sub nomine collectivo,  
 gentes, non enim tunc ullus erit Magna-  
 tum respectus, sive distinctio, hæc etenim  
 nomina, Reges, Principes, &c. personæ,  
 larvæque sunt, quibus in hanc mundi  
 scenam nonnulli parent, sed tunc larvis  
 contritis, inquit Chrysost. tantummodo  
 operum erit inspectio.

Et ipsi preparantur cogitationes. ex  
 Hebr. Et ei tantum nume-  
 rata sunt opera.

\*\*

De Inferno, materia  
Orationis.

De pœna adamni.

PVNCTVM CXXXVIII.

Dilexide à me, maledicti, &c. Et ligatis manibus, & pedibus, projicite eum in te-  
 nebras exteriores. Heu! Ne projicias me à facie  
 tua rogabat David. Quasi diceret: Quod-  
 vis aliud tormentum patiar, hoc solum  
 exposco, ne projicias me à facie tua.

Revocare curabant illi Absalom ab exi-  
 lio, annuit precibus David: Verutamen, inquit, faciem meam non videat. Quod ille  
 supplicium ubiparvo tempore agro ani-  
 mo pertulisset. Aut videam, tandem di-  
 xit, faciem patris, aut morior. Quid in  
 æternum à Dei facie exultare?

Hujus solummodo Solis jam jam ocu-  
 los clausurus Tobias orbatus lumine: Pra-  
 cipe, inquit, Domine, in pace recipi spiritum  
 meum, expedit enim mihi magis mori, quam  
 vivere. Quid in tenebris exterioribus æ-  
 terni Solis lumine in æternum privari?

D. Et irasceretur furor meus contra eum, & de- Deut. 3.  
 relinquam eum, & abscedam faciem meam ab  
 eo, & (hic) erit in devorationem, invenient  
 eum omnia mala afflictiones, ita ut dicat in die  
 illo: Verè quia non est Deus mecum, inven-  
 runt me hac mala

Miser, infelixque Cain: Ecce, inquit, Gen. 4.  
 ejcis me hodie à facie terra, & à facie tua ab-  
 scandar, & ero vagus, & profugus in terra,  
 omnis igitur, qui invenierit me, occidet me.  
 Erat infelix hic expressa imago damnati  
 ejcti à facie terræ viventium, & à facie  
 Dei. Ab ea facie, quæ beat omnes  
 intuentes, ab eo Deo, ad quem factis-  
 mus. Fecisti nos ad te, & inquietum est  
 cor nostrum, donec requiescat in te.  
 Quomodo non sit inquietum, non os, sed  
 cor extra suum locum? O tormentum!

Heu! nullum violentum perpetuum:  
 at ibi violenter anima perpetuò detinebi-  
 tur,